Infinitivus. Participia.

Praes. Imp. C. φάναι. | Praes. Imp. C. φάς, φᾶσα, φάν. | Ind. 1. C. φήσας, ασα, αν.

In voce passiva manent perfecta indicativi πέφαται, et imperativi πεφάσθω, impersonaliter accepta.

Vox media.

Modus indicativus.

Imp. vel Indef. 2. } C.	ἐφ-άμην,	ασο,	ατο :	άμεθον,	ασθον,	άσθην :	άμεθα,	ασθε, αντο.

Imper.	Infin.	Particip.
Praes. Imper. } C. φάσο, I. φάο.	Praes. Imper. } C. φάσθαι.	Praes. Imper. } φάμ-ενος, ένη, ενον.

VERBA IMPERSONALIA.[1]

Ἀνήκει et προσήκει *convenit*, ἀνῆκε et προσῆκε *conveniebat*.

Ἀρέσκει *placet*, ἤρεσκε *placebat*, ἀρέσει *placebit*, ἤρεσε *placuit*.

Δεῖ *oportet*, ἔδει *oportebat*, δεήσει *oportebit*, ἐδέησε *oportuit*.

Infin. δεῖν *oportere*. Particip. δέον *quod oportet*.

Δοκεῖ *videtur*, ἐδόκει *videbatur*, δόξει *videbitur*, ἔδοξε *visum est*.

Μέλει *curae est*, ἔμελε *curae erat*, μελήσει *curae erit*, ἐμέλησε *curae fuit*.

Χρὴ *oportet*, ἔχρην et χρὴν *oportebat*, χρήσει *oportebit*. Infin. χρῆναι *oportere*.

Compositum ἀπόχρη *sufficit*, ἀπέχρη *sufficiebat*. ἀποχρήσει *sufficiet*, ἀπέχρησε *suffecit*. Infin. ἀπόχρην *sufficere*.

Passiva impersonalia sunt, ἐνδέχεται *accidit*; εἵμαρται, et πέπρωται, *in fatis est*.

VERBA DEFECTIVA et ANOMALA.

Defectiva dicuntur, quae aut ultra imperfectum non formantur; aut si qua tempora habeant praeterea, mutuantur a verbis aliis, quorum praesens non est in usu, et tunc anomala vocantur.

Desinunt autem pleraque in,

άθω, ίθω, ύθω: ut, ἀμυνάθω *auxilior*, πελίθω *sum*, φθινύθω *corrumpo*.

αίω et είω, facta ex άω et έω: ut, κεδαίω, a κεδάω *dispergo*; τελείω, a τελέω *perficio*. Et desiderativa in είω ex futuro: ut, γαμησείω *nupturio*, a γαμήσω *nubo*; πολεμησείω *bellare gestio*, a πολεμήσω *bellum gero*.

άνω: ut, λαμβάνω *capio*, μανθάνω *disco*.

είνω hyperdissyllaba: ut, φαείνω *splendeo*.

ήω: ut, δήω, *invenio*.

ύω: ut, ἀγυίω *eo*.

1 De *Verbalibus* vide infra sub finem *Verborum*, pag. 158.

ύω, hyperdissyllaba, quae faciunt verba in μι: ut, *κιρναύω misceo, ῥηγνύω frango, σβεννύω extinguo*

ω post duas consonantes, quarum altera est liquida: ut, *δάκνω mordeo.*

ζω post ε, vel liquidam: ut, *σέζω colo, στίλβω splendeo.*

δω, si praecedat λ vel ν: ut, *μέλδω liquefacio, σπένδω libo.*

λω purum: ut, *πέλω* et *πέλομαι sum.*

ξω et σω, futuro migrante in praesens: ut, *ἄξω duco*, ab *ἄγω*; *ἵξω venio*, ab *ἵκω*; *δύσω* et *δύσομαι subeo*, a *δύω*; *ὄρσω concito*, et *ὄρσομαι concitor*, ab *ὄρω*; et alia.

σγω, σθω, σκω, σσω, et χθω: ut, *μίσγω misceo, βιβάσθω gradior, φάσκω dico, ἀηθέσσω insuetus sum, ἔχθω odio prosequor.*

Sic quae, consonante injecta, ε mutant in ι: ut, *μένω μίμνω maneo, τέκω τίκτω pario, ἐνέπω ἐνίσπω narro.*

NONNULLA sunt unius temporis: ut, *κυρέω* et *κύρω sum.*

Catalogus anomalorum.[1]

A.

Miror Ἄγαμαι, fut. 1. ἀγάσομαι, ind. 1. ἠγασάμην; ind. 1. pass. ἠγάσθην ab ἀγάζω.

Frango Ἄγνυμι, fut. 1. ἄξω, ind. 1. ἔαξα, unde κατέαξα, perf. ἦχα, A. ἔαχα, ind. 2. ἔαγον; perf. med. ἔαγα, unde κατέαγα

Ago Ἄγω, fut 1. ἄξω, perf. ἦχα, A ἀγήοχα, ind. 2. ἦγον, A ἤγαγον.

Cano Ἄδω, pro ἀείδω P. fut. 1. med. ᾄσομαι, ind. 1. act. ᾖσα.

Satio Ἄδω, fut. 1. ἄσω, ind. 1. inf. ἆσαι.

Placeo Ἄδω, ind. 2. ἕαδον pro ἧδον, fut. 2. ἀδῶ; perf. med, ἕαδα pro ἧδα

Capio Αἱρέω, fut. 1. αἱρήσω, ind. 2. εἷλον, fut. 2. ἑλῶ; ind. 2. med. εἱλόμην, fut. 2. ἑλοῦμαι ab ἕλω.

Sentio Αἰσθάνομαι, fut. 1. med. αἰσθήσομαι, ind. 2. ᾐσθόμην; perf. pass ᾔσθημαι ab αἰσθέομαι.

1 In hoc *Anomalorum* catalogo nonnulla ultra imperfectum rectè formata, puerorum gratia, quia saepius occurrunt, ex prioribus editionibus retinentur.

Arceo Ἀλέξω, fut. 1. ἀλεξήσω, ind. 1. ἠλέξησα ab ἀλεξέω, unde ἀλεξεῖν; sed ind. 1. inf. ἀλέξαι et ἀλέξασθαι.

Vagor Ἄλημι et ἀλάλημι, inf. ἀλῆναι, part. ἀλεὶς; praes. pass. ἀλάλημαι et ἄλημαι, perf. ἤλημαι et ἀλήλημαι, ab ἀλάω.

Capio Ἁλίσκω, fut. 1. ἁλώσω, perf ἥλωκα, et ἑάλωκα, ab ἁλόω; ind. 2. ἥλων et ἑάλων, imp. ἅλωθι, opt. ἁλοίην, subj. ἁλῶ, inf. ἁλῶναι, part. ἁλοὺς ab ἅλωμι.

Consumo Ἀναλίσκω, fut. 1. ἀναλώσω, perf. ἀνήλωκα et ἠνάλωκα; perf. pass. ἀνήλωμαι.

Pecco Ἁμαρτάνω, fut. 1. ἁμαρτήσω, ind. 1. ἡμάρτησα; perf. ἡμάρτηκα; ind. 2. ἥμαρτον, ἤμβροτον, P. ab ἁμαρτέω.

Abortior Ἀμβλίσκω, fut. 1. ἀμβλώσω ab ἀμβλόω.

Induo Ἀμφιέννυμι, fut. 1. ἀμφιέσω, ind. 1. ἠμφίεσα; perf pass. ἠμφίεσμαι.

Lego Ἀναγινώσκω, imperf. ἀνεγίνωσκον, perf. ἀνέγνωκα, ind. 2. ἀνέγνων; fut. 1. med. ἀναγνώσομαι ab ἀναγνόω et ἀνάγνωμι.

Renuo Ἀναίνομαι, perf. ἀνήνημαι et ἤνημαι, ind. 1. med ἠνηνάμην ab ἀναινέω.

Admoneo Ἀναμιμνήσκω, fut. 1. ἀναμιμνήσω, ind. 1. pass. ἀνεμνήσθην.

Aperio Ἀνοίγω, fut. 1. ἀνοίξω, ind. 1. ἀνέῳξα, A. ἤνοιξα; perf. med. ἀνέῳγα; perf. pass. ἀνέῳγμαι, ind 1. ἀνεῴχθην.

Privo Ἀπαυράω, ind. 1. ἀπηῦρα pro ἀπηύρησα, ind. 2. ἀπηῦρον.

Odio sum Ἀπεχθάνομαι, fut. 1. ἀπεχθήσομαι, ind. 2. ἀπηχθόμην; perf. pass. ἀπήχθημαι ab ἀπεχθέομαι.

Perdo Ἀπόλλυμι. Vid. Ὄλλυμι.

Placeo Ἀρίσκω, fut. 1. ἀρέσω, ind. 1. ἤρεσα, perf. ἤρεκα; perf. pass. ἤρεσμαι ab ἀρέω.

Augeo Αὐξάνω et αὔξω, fut 1. αὐξήσω, ind. 1. ηὔξησα et ηὖξα; perf. pass. ηὔξημαι ab αὐξέω.

Doleo Ἄχθομαι, fut. 1. ἀχθήσομαι et ἀχθέσομαι; ind. 1. pass. ἠχθέσθην ab ἀχθέομαι.

B.

Vado Βαίνω, perf. act. βέβηκα, I. βέβαα; fut. 1. med. βήσομαι; ind. 2. ἔβην, imp. βῆθι, part. βὰς a βῆμι.

Mitto Βάλλω, fut. 1. βαλήσω et βλήσω, perf. βέβληκα, ind. 2. ἔβαλον. fut. 2. βαλῶ a βαλέω.

Vivo Βιόω, fut. 1. βιώσω, ind. 2. ἐβίων, part. βιοὺς a βίωμι.

Germino Βλαστάνω, fut. 1. βλαστήσω, ind. 2. ἔβλαστον.

Pasco Βόσκω, fut. 1 βόσω, βώσω, et βοσκήσω, ind. 1. ἐβόσκησα a βοσκέω.

Volo Βούλομαι βούλω A pro βούλω, fut. 1. βουλήσομαι, perf. βέβουλα; perf. pass. βεβούλημαι, ind. 1. ἐβουλήθην a βουλέομαι.

Edo Βρώσκω et βιβρώσκω, fut. 1. βρώσω, ind. 1. ἐβρώσα, perf. βέβρωκα, ind. 2. ἔβρων a βρῶμι.

Γ.

Duco uxorem } Γαμέω, fut. 1. γαμέσω, ind. 1. ἐγάμεσα et ἔγημα, perf. γεγάμηκα; ind. 1. med. ἐγημάμην.

Gignor Γείνομαι, fut. 1. γεινοῦμαι, ind. 1. ἐγεινάμην genui.

Laetor Γηθέω et γήθω, fut. 1. γηθήσω; perf. med. γέγηθα, part. γεγηθώς.

Senesco Γηράσκω, fut. 1. γηράσω, ind. 1. ἐγήρα; ind. 2. med. inf. γηράναι part. γηρὰς a γήρημι.

Sum, Fio, Nascor } Γίνομαι et γίγνομαι, fut. 1. γενήσομαι, ind. 1. ἐγενησάμην, perf. γέγονα et γέγαα a γάω, ind. 2. ἐγενόμην, fut. 2. γενοῦμαι; perf. pass. γεγένημαι, ind. 1. ἐγενήθην.

Cognosco Γινώσκω et γιγνώσκω, fut. 1. med. γνώσομαι; ind. 1. act. ἔγνωσα, perf. ἔγνωκα, ind. 2. ἔγνων a γνόω et γνῶμι; perf pass ἔγνωσμαι; perf. med. γέγωνα pro γέγνωα, part. γεγωνώς.

Vigilo Γρηγορέω. Vid. Ἐγρηγορέω.

Δ.

Divido Δάζομαι. fut. 1. δάσομαι; perf. pass. δίδασμαι.
Δαΐζω, fut. 1. δαΐξω, ind. 1. ἐδάϊξα; perf. pass. δεδάϊγμαι.
Δαίω, fut. 1. δαίσω et δαΐσω, ind. 1. ἔδαισα; perf. pass. δίδαισμαι; fut. 1. med. δαίσομαι, ind. 1. ἐδαισάμην.

Disco Δαίω, fut. 1. δαήσω, ind. 1. ἐδάησα, perf. δεδάηκα, ind. 2. ἔδαον; perf. pass. δεδάημαι, ind. 2. ἐδάην; perf. med. δέδαα a δαίω.

Uro Δαίω, perf. med. δέδηα, *combustus sum.*

Mordeo Δάκνω, fut. 1. δήξω, ind. 1. ἔδηξα, perf. δέδηχα, ind. 2. ἔδακον; perf. pass. δέδηγμαι. ind. 1. ἐδήχθην a δήκω.

Dormio Δαρθάνω, fut. 1. med. δαρθήσομαι; perf. act. δεδάρθηκα a δαρθέω, ind. 2. ἔδαρθον et ἔδραθον.

Timeo Δείδω, fut. 1. δείσω, perf. δέδεικα; perf. med. δέδοικα pro δέδοιδα euphoniae causa, 1. δέδια praes. imper. δίδιθι a δίδιμι.

Ostendo Δεικνύω et δείκνυμι, fut. 1. δείξω, perf. δέδειχα; perf. pass. δέδειγμαι a δείκω.

Struo Δέμω, perf. δέδμηκα pro δεδέμηκα.

Rogo Δέομαι, fut. 1. δεήσομαι; perf. pass. δεδέημαι, ind. 1. ἐδεήθην a δέομαι.

Video Δέρκω, ind. 2. ἔδρακον; perf. med. δέδορκα.

Ligo Δέω, fut. 1. δέσω et δήσω, ind. 1. ἔδησα, perf. δέδηκα; perf. pass. δέδεμαι et δέδημαι.

Doceo Διδάσκω, fut. 1. διδάξω et διδασκήσω, ind. 1. ἐδίδαξα.

Fugio Διδράσκω, fut. 1. διδράσω, ind. 2. ἔδρην, D. ἔδραν, part δράς a δρῆμι.

Existimo Δοκέω, fut. 1. δοκήσω, et δόξω, ind. 1. ἐδόκησα et ἔδοξα, perf. δεδόκηκα; perf. pass. δέδογμαι a δόκω.

Possum Δύναμαι, δύνασαι et δύνῃ, imp. ἐδυνάμην, A. ἠδυ-

νάμην. ind. 1. ἐδυνησάμην; perf. pass. δεδύνημαι. ind. 1. ἐδυνήθην, A. ἠδυνήθην, item ἐδυνάσθην et ἠδυνάσθην.

Subeo Δύνω et δύω. fut. 1. δύσω, perf. δέδυκα, ind. 2. ἔδυν a δῦμι.

E.

Sino Ἐάω, fut. 1. ἐάσω, ind. 1. εἴασα, perf. εἴακα et ἔακα.

Excito Ἐγείρω. fut. 1. ἐγερῶ, ind. 1. ἤγειρα, perf. ἤγερκα; perf. pass. ἐγήγερμαι pro ἤγερμαι.

Vigilo Ἐγρηγορέω, fut. 1. ἐγρηγορήσω, ind. 1. ἐγρηγόρησα, perf. ἐγρηγόρηκα pro ἠγρηγόρηκα; perf. pass. ἐγρηγόρημαι; perf. med. ἐγρήγορα, P. ἐγρηγόρειν: ubique neglecto augmento.

Infundo Ἐγχέω. Vid. Χέω.

Edo Ἔδω vel ἐσθίω, unde imp. ἤσθιον, perf. ἦκα, A. ἔδηκα et ἐδήδοκα; perf. pass. ἐδήδεσμαι; perf. med. ἦδα et ἔδηδα, fut. 2. ἔδομαι pro ἐδοῦμαι.

Volo Ἐθέλω. Vid. Θέλω.

Consuesco Ἔθω, perf. med. εἴωθα pro εἶθα.

Scio / *Video* Εἰδέω et εἴδω. fut. 1. εἴσω et εἰδήσω, perf. εἴδηκα; plusq. εἰδήκειν, εἴδειν, A. ᾔδειν; part. εἰδηκώς, εἰδώς, ind. 2. εἶδον, imper. ἰδὲ, opt. ἴδοιμι, subj. ἴδω, inf. ἰδεῖν, part. ἰδών; fut. 1. med. εἴσομαι; ind. 1. εἰσάμην; perf. οἶδα. οἶδασθα et οἶσθα.

Similis sum Εἴκω, fut. 1. εἴξω; ind. 1. εἶξα et ἔξα, ind. 2. εἶκον; perf. med. οἶκα et ἔοικα; plusq. ἐῴκειν et ἐοίκειν, part. εἰκώς.

Abigo Ἐλαύνω ab ἐλάω, fut. 1. ἐλάσω, ind. 1. ἤλασα, perf. ἤλακα, A. ἐλήλακα; perf. pass. ἤλαμαι, A. ἐλήλαμαι et ἤλασμαι, ind. 1. ἠλάθην et ἠλάσθην, part. ἐλαθείς.

Spero Ἔλπομαι, fut. 1. ἔλψομαι, perf. ἔολπα, plusq. perf. ἐώλπειν et ἐόλπειν. Ἔλπω *sperare facio.*

Dico Ἔπω, ind. 1. εἶπα, ind. 2. εἶπον, imper. εἰπὲ, opt. εἴποιμι, subj. εἴπω, inf. εἰπεῖν, part. εἰπών.

Ἔιρω et ἐρέω, fut. 1. ἐρῶ et ἐρήσω. perf. εἴρηκα; perf. pass εἴρημαι, paulo post fut. εἰρήσομαι

Operor Ἐργάζομαι, fut. 1. ἐργάσομαι, ind. 1. εἰργασάμην; perf pass. εἴργασμαι, ind. 1 εἰργάσθην.

Facio Ἔρδω. Vid. Ῥέζω.

Interrogo Ἔρομαι, fut. 1. ἐρήσομαι, ind. 1. εἰρησάμην, ἠράμην, ind. 2. ἠρόμην, εἰρόμην.

Pereo Ἔῤῥω, fut. 1. ἐῤῥήσω, perf. ἔῤῥηκα.

Venio Ἔρχομαι, fut. 1. ἐλεύσομαι, ind. 2. act ἦλθον pro ἤλυθον, imper. ἐλθὲ perf. med. ἤλυθα, A. ἐλήλυθα, plusq.perf. ἐληλύθειν ab ἐλεύθω.

Dormio Εὕδω, fut. 1. εὑδήσω, ind. 1. εὕδησα.

Invenio Εὑρίσκω, fut. 1. εὑρήσω, ind. 1. εὕρησα, perf. εὕρηκα, ind. 2. εὗρον, imper. εὑρὲ; perf. pass. εὕρημαι, ind. 1. εὑρήθην; ind. 1 med εὑρησάμην et εὑράμην, part. εὑράμενος, ind. 2. εὑρόμην ab εὑρέω.

Habeo Ἔχω, imp. εἶχον, fut. 1. ἕξω et σχήσω, perf. ἔσχηκα, ind. 2 ἔσχον, imper. σχές, opt. σχοῖμι, σχοίην A. subj. σχῶ, inf. σχεῖν, part. σχὼν; perf. pass. ἔσχημαι, ind. 1 ἐσχέθην; fut. 1. med. ἕξομαι et σχήσομαι, ind 2 ἐσχόμην, imper. σχοῦ, opt σχοίμην, inf. σχέσθαι, part. σχόμενος a σχέω.

Z.

Vivo Ζάω, ζῇς, ζῇ, imp. ζῆ et ζῆθι, opt. ζαίην, et ζώην a ζῶμι, inf. ζῆν, part. ζῶν, imp. ἔζην, fut. 1. ζήσω, ind. 1. ἔζησα a ζῆμι

Cingo Ζωννύω et ζώννυμι, fut. 1. ζώσω, perf. ἔζωκα; perf. pass. ἔζωσμαι, ind. 1. ἐζώσθην a ζόω.

H.

Pubesco Ἡβάσκω, fut. 1. ἡβήσω, ind. 1. ἥβησα, perf. ἥβηκα, ab ἡβάω.

Lactor Ἥδομαι, ἥδω rarius, fut. 1. ἥσομαι, ind. 1. ἡσάμην; perf. pass. ἧσμαι, ind. 1. ἥσθην.

Θ.

Volo	Θέλω et ἐθέλω, fut 1. θελήσω et ἐθελήσω, ind. 1. ἐθέλησα et ἠθέλησα, a θελέω et ἐθελέω.
Acuo	Θηγάνω, fut. 1. θήξω, ind. 1. ἔθηξα, perf. τέθηχα a θήγω.
Attingo	Θιγγάνω, fut. 1. θίξω, perf. τέθιχα, ind. 2. ἔθιγον a θίγω.
Morior	Θνήσκω, fut. 1. θνήξω et τεθνήξω, perf. τέθνηκα, B. τέθνεικα et τέθνεια, part. τεθνηκὼς et τεθνειὼς, ind. 2. ἔθανον, fut. 2. θανῶ; fut. 1. med. θνήξομαι et τεθνήξομαι, perf med. τέθνακα, inf. τεθνᾶναι, part. τεθνακὼς et τεθνεὼς, fut. 2. θανοῦμαι.

I.

Constituo	Ἱδρύνω. fut. 1. ἱδρύσω, ind. 1. ἵδρυσα, perf. ἵδρυκα; perf. pass. ἵδρυμαι, inf. ἱδρῦσθαι, ind. 1. ἱδρύθην ab ἱδρύω.
Sido	Ἱζάνω, fut. 1. ἱζήσω, ind. 1. ἵζησα, et ἷσα, ab ἱζέω.
Pervenio	Ἱκνέομαι, fut. 1. ἵξομαι, ind. 2. ἱκόμην; perf. pass. ἷγμαι ab ἵκομαι.
Placo	Ἱλάσκομαι, fut. 1. ἱλάσομαι et ἱλάξομαι, ind. 1. ἱλασάμην; perf. pass. ἵλασμαι, ind. 1. ἱλάσθην ab ἱλάομαι.
Volo	Ἵπταμαι, fut. 1. πτήσομαι, ind. 2. ἱπτάμην et ἱπτόμην, subj. πτῶμαι, inf πτάσθαι et πτέσθαι, part. πτάμενος et πτόμενος; perf. pass. πέπταμαι.
	Ἵπτημι, fut. 1. πτήσω, ind. 1. ἵπτην *rarius*.

K.

Purgo	Καθαίρω, fut. 1. καθαρῶ, ind. 1. ἐκάθηρα.
Sedeo	Καθεζέμαι, fut. 2. καθεδοῦμαι; ind. 1. pass. ἐκαθέσθην.
Statuo	Καθιστάνω, fut. 1. καταστήσω, perf καθέστακα a καθίστημι.
Uro	Καίω, fut. 1. καύσω, ind. 1. ἔκαυσα, et ἔκηα

velut a καίω, perf. κέκαυκα, ind. 2. ἔκαον, perf. pass. κέκαυμαι, ind. 1. ἐκαύθην, fut. 1. καυθήσομαι, ind. 2. ἐκάην, part. καείς

Voco	Καλέω, fut. 1 καλέσω, perf. κέκληκα pro κεκάληκα.
Laboro	Κάμνω, fut. 1. καμῶ, perf. κέκμηκα pro κεκάμηκα, ind. 2. ἔκαμον.
Hortor	Κέλομαι, P. κέκλομαι, fut. 1. κελήσομαι, ind. 1. ἐκελησάμην a κελέομαι.
Misceo	Κεραννύω et κεράννυμι, fut. 1. κεράσω et κράσω, perf. κεκέρακα et κέκρακα; perf. pass. κεκέρασμαι et κέκραμαι, ind. 1. ἐκράθην, fut. 1. κραθήσομαι a κεράω.
Invenio	Κιχάνω, fut. 1. κιχήσω a κιχέω.
Clango	Κλάζω, fut. 1. κλάγξω et κεκλάγξω, ind. 1. ἔκλαγξα, perf. κέκλαγχα, ind. 2. ἔκλαγον; perf. med. κέκληγα, part. κεκληγὼς a κλάγγω.
Fleo	Κλαίω, A. κλάω, fut. 1. κλαύσω, ind. 1. ἔκλαυσα, perf. κέκλαυκα; perf. pass. κέκλαυμαι; fut. 1. med. κλαύσομαι a κλαύω.
Saturo	Κορεννύω et κορέννυμι, fut. 1. κορέσω et κορήσω, ind. 1. ἐκόρεσα, perf. κεκόρηκα; perf. med. κέκορα a κορέω.
Clamo	Κράζω, fut. 1. κράξω, ind. 1. ἔκραξα, A. ἐκέκραξα, ind. 2. ἔκραγον, fut. 2. κραγῶ; perf. med. κέκραγα.
Perficio	Κραιαίνω, ind. 1. ἐκρήηνα, imper. κρήηνον; perf. pass. κεκράαμαι, ind. 1. ἐκρααάνθην.
Pendeo	Κρέμαμαι, fut. 1. κρεμάσομαι.
Suspendo	Κρεμαννύω et κρεμάννυμι, fut. 1. κρεμάσω a κρεμάω.
Occido	Κτείνω, fut. 1. κτενῶ, ind. 1. ἔκτεινα, perf. ἔκτακα, ind. 2. ἔκτην a κτῆμι.
Volvo	Κυλίνδω, fut. 1. κυλίσω a κυλίω, et κυλινδήσω a κυλινδέω.
Incido	Κύρω, fut. 1. κύρσω, ind. 1. ἔκυρσα, optat. Ae. κύρσεια, infin. κῦρσαι, part. κύρσας; praes. med. κύρομαι.

Λ.

Sortior — Λαγχάνω, perf. εἴληχα, A. pro. λέληχα, ind. 2. ἔλαχον a λήχω ; perf. med. λέλογχα

Capio — Λαμβάνω, fut. 1. λήψομαι, perf. λέληφα, A. εἴληφα, ind. 2. ἔλαβον ; perf. pass. λέλημμαι, A εἴλημμαι, a λήβω.

Lateo — Λανθάνω, fut. 1. λήσω et λήσομαι, ind 2. ἔλαθον ; perf. pass. λέλησμαι, ind 1. ἐλήσθην ; perf. med. λέληθα, ind. 2. ἐλαθόμην a λήθω.

M.

Insanio — Μαίνομαι, fut. 1. μανοῦμαι, ind 1. ἐμηνάμην, perf μέμηνα ; ind. 2 pass ἐμάνην.

Disco — Μανθάνω, perf μεμάθηκα, ind. 2. ἔμαθον ; perf. pass. μεμάθημαι ; fut. 1. med. μαθήσομαι, ind. 2. ἐμαθόμην

Pugno — Μάχομαι, fut. 1. μαχίσομαι et μαχήσομαι, ind. 1. ἐμαχισάμην et ἐμαχησάμην, fut 2. μαχοῦμαι ; perf. pass. μεμάχημαι a μαχέομαι.

Divido — Μείρομαι, perf. med. μέμορα, P. ἔμμορα ; perf. pass εἵμαρμαι, vel ἕιμαρμαι.

Cunctor — Μέλλω, fut 1. μελλήσω, ind. 1. ἐμέλλησα a μελλέω.

Curo — Μέλω et μέλομαι, fut. 1. μελήσω, perf. μεμέληκα, ind. 2 ἔμελον ; perf. pass μεμέλημαι ; perf. med. μέμηλα a μέλει vel μελέω.

Maneo — Μένω, P. μίμνω, fut 1 μενῶ, ind 1. ἔμεινα, perf. μεμένηκα a μενέω ; perf. med. μέμονα.

Misceo — Μιγνύω et μίγνυμι, fut. 1. μίξω ind. 1. ἔμιξα, perf. μέμιχα ; perf. pass. μέμιγμαι, ind. 1. ἐμίχθην, ind. 2. ἐμίγην a μίγω.

In memoriam revoco — Μιμνήσκω, fut. 1. μνήσω, ind. 1. ἔμνησα ; perf. pass. μέμνημαι, ind 1. ἐμνήσθην ; fut. 1. med. μνήσομαι, ind 1. ἐμνησάμην a μνάω.

Abstergo — Μοργνύω et μόργνυμι. Vid. Ὀμόργνυμι.

N.

Pasco Νέμω, fut. 1. νεμῶ, ind. 1. ἔνειμα, perf. νενέμηκα velut a νεμέω.

Neo Νήθω, fut. 1. νήσω a νέω.

O.

Olco Ὄζω, fut. 1. ὄσω, ὀζέσω et ὀζήσω, perf. ὤζηκα; perf. med ὄδωδα et ὤδοδα, P. ὦδα, ab ὀζέω.

Aperio Ὄιγω. Vid supra Ἀνοίγω.

Tumefacio Ὀιδαίνω, fut. 1. ὀιδήσω, perf. ᾤδηκα ab ὀιδέω tumeo.

Misereor Ὀικτείρω, fut. 1. ὀικτειρήσω, ind. 1. ᾠκτείρησα et ᾤκτειρα.

Puto Ὄιομαι et οἶμαι, ὄιει A. pro ὀίῃ, imp. ᾠόμην et ᾤμην, fut. 1. ὀιήσομαι; perf. pass. ᾤημαι, ind I. ᾠήθην ab ὀιέομαι.

Eo Ὄιχομαι, fut. 1. οἰχήσομαι, ind. 2. ᾠχόμην; perf pass. ᾤχημαι, I. οἴχημαι, ab οἰχέομαι.

Cado Ὀλισθαίνω, fut. 1. ὀλισθήσω, perf. ὠλίσθηκα, ind. 2. ὤλισθον; perf. med. ὤλισθα ab ὀλισθέω.

Perdo Ὀλλύω et ὄλλυμι, fut. 1. ὀλέσω, ind. 1. ὤλεσα, perf. ὤλεκα, A. ὀλώλεκα, ind. 2. ὦλον, fut. 2. ὀλῶ; perf. med. ὦλα, A ὄλωλα, ab ὀλέω, P. ὀλέσκω

Juro Ὀμνύω et ὄμνυμι, fut. 1. ὀμόσω, ind. 1. ὤμοσα, perf. ὤμοκα, A. ὀμώμοκα; ind. 1. med. ὠμοσάμην, fut. 2. ὀμοῦμαι ab ὀμόω.

Abstergo Ὀμόργνυμι fut. 1. ὀμόρξω, ind. 1. ὤμορξα, perf. ὤμορχα; fut. 1. med. ὀμόρξομαι, ind. 1. ὠμορξάμην

Juvo Ὄνημι et ὀνίνημι fut. 1. ὀνήσω, ind. 1. ὤνησα; fut 1. med. ὀνησομαι, ind. 1. ὠνησάμην ab ὀνέω.

Video Ὀπτίνω et ὀπτάνομαι, fut. 1. ὄψομαι, ὄψει A. pro ὄψῃ, infin ὄψεσθαι, perf. ὄπωπα pro ὦπα; perf. pass. ὦμμαι, ind. 1. ὤφθην, fut. 1. ὀφθήσομαι, sensu passivo, ab ὄπτομαι.

Excito Ὄρω, fut. 1. ὀρῶ, Ae. ὄρσω, ind. 1. ὦρσα; perf. med. ὦρα, A. ὄρωρα et ὤρορα.

Olfacio Ὀσφραίνομαι, fut. 1. ὀσφρανοῦμαι et ὀσφρησόμαι, ind 1 ὠσφρησάμην et ὠσφράμην, ab ὀσφράομαι.

Debeo Ὀφείλω et ὄφλω, fut. 1. ὀφειλήσω et ὀφλήσω, ind. 2 ὤφελον, quod adverbii loco ponitur in omnibus personis et numeris.

Π

Possideo Πάομαι, fut. 1. πάσομαι, indef. 1. ἐπασάμην; perf. pass. πέπαμαι.

Patior Πάσχω, fut. 1. med πείσομαι, perf. πέπονθα; ind. 2. act. ἔπαθον a πήθω.

Vasto Πέρθω, fut. 1 πέρσω, ind. 1. ἔπερσα, ind. 2. ἔπαρθον et ἔπραθον.

Coquo Πέσσω et πέπτω, fut. 1. πέψω, ind. 1. ἔπεψα a πέπτω.

Expando Πετανύω et πετάννυμι, fut. 1 πετάσω, ind. 1. ἐπέτασα: perf. πεπέτακα et πέπτακα; perf. pass. πέπταμαι a πετάω.

Volo Πέτομαι, πέταμαι, πετάομαι, et ποτάομαι, imperf. ἐπετόμην; perf. pass. πεπότημαι. Vid. Ἵπταμαι.

Figo Πηγνύω et πήγνυμι, fut. 1. πήξω, ind. 1. ἔπηξα; ind. 2 pass ἐπάγην; fut. 1. med. πήξομαι, ind. 1. ἐπηξάμην a πήγω.

Incendo Πίμπρημι, fut. 1. πρήσω, ind. 1. ἔπρησα a πρήθω.

Bibo Πίνω, fut 1. πόσω, perf. πέπωκα, ind. 2. ἔπιον, imper πῖθι et πῶθι; perf pass. πέπομαι et πέπωμαι, ind. 1. ἐπόθην a πόω.

Vendo Πιπράσκω, fut. 1. πράσω, perf. πέπρακα; praes. pass. πιπράσκομαι, perf. πέπραμαι, ind. 1. ἐπράθην a πράω

Cado Πίπτω, fut. 1. πτώσω, perf. πέπτωκα a πτόω, ind. 2. ἔπεσον; fut. 2. med πεσοῦμαι.

Percutio Πλήττω, fut. 1. πλήξω; ind. 2. pass. ἐπλήγην

eum ad corpus, ἐπλάγην cum ad animum refertur; perf. med πέπληγα.

Interrogo / *Audio* } Πυνθάνομαι, fut. 1. πεύσομαι a πεύθομαι, ind. 2 ἐπυθόμην; perf. pass. πέπυσμαι.

Ρ.

Facio Ῥίζω, fut. 1. ῥέξω, et ἔρξω ab ἔρδω, ind. 1. ἔῤῥεξα; perf. med ἔοργα pro ἔῤῥογα.

Fluo Ῥέω, fut. 1. ῥεύσω et ῥυήσω, ind. 1. ἔῤῥευσα, perf. ἐῤῥύηκα; ind. 2. pass ἐῤῥύην a ῥυέω.

Dico Ῥέω inusit. ind. 1. pass. ἐῤῥήθην et ἐῤῥέθην, part. ῥηθείς, fut. 1. ῥηθήσομαι.

Rumpo Ῥηγνύω et ῥήγνυμι, fut. 1. ῥήξω; perf. med. ἔῤῥωγα A. pro ἔῤῥηγα; ind. 2. pass. ἐῤῥάγην a ῥήσσω.

Roboro Ῥωννύω et ῥώννυμι, fut. 1 ῥώσω; perf. pass. ἔῤῥωμαι, imp. ἔῤῥωσο *vale*, part. ἐῤῥωμένος.

Σ.

Extinguo Σβεννύω et σβέννυμι, fut. 1. σβέσω et σβήσομαι, ind. 1. ἔσβεσα, perf. ἔσβηκα; ind. 2. pass. ἔσβην, inf σβῆναι a σβέω.

Moveo Σεύω, ind. 1. ἔσσευσα et ἔσευα; praes. pass. σεύομαι, perf. ἔσσυμαι, ind. 1. ἐσύθην; ind. 1. med. ἐσσευάμην.

Libo Σπένδω, fut. 1 σπείσω, ind. 1. ἔσπεισα; perf. pass. ἔσπεισμαι, ind. 1. ἐσπείσθην; fut. 1. med. σπείσομαι, ind. 1. ἐσπεισάμην a σπείδω.

Sterno Στορεννύω et στορέννυμι, fut. 1. στορέσω, ind. 1. ἐστόρεσα a στορέω.

Στρωννύω et στρώννυμι, fut. 1. στρώσω, ind. 1. ἔστρωσα, perf. ἔστρωκα; perf. pass. ἔστρωμαι, ind. 1. ἐστρώθην a στρόω.

Cohibeo Σχέω. Vid. supra Ἔχω.

Τ.

Extendo Τανύω et τάζω, fut. 1. τανύσω, perf. τέτακα, perf. pass. τέταμαι.

Seco Τέμνω, fut. 1. τεμῶ, et τμήξω a τμήσσω, perf.

τέτμηκα, ind. 2. ἔταμον; perf. pass. τέτμημαι a τμάω.

Fabrico Τεύχω, fut. 1. τεύξω, ind. 1. ἔτευξα; perf. pass. τέτυγμαι.

Pario Τίκτω, fut. 1. τέξω, ind. 2. ἔτεκον; perf. med. τέτοκα a τέκω.

Solvo Τίνω, fut. 1. τίσω, ind. 1. ἔτισα, perf. τέτικα a τίω.

Perforo Τιτράω et τιτραίνω, fut. 1. τρήσω ind. 1. ἔτρησα; perf. pass. τέτρημαι a τράω.

Vulnero Τιτρώσκω, fut. 1. τρώσω, ind. 1. ἔτρωσα, perf. τέτρωκα a τρόω.

Tolero Τλάω, fut. 1. τλήσω, perf. τέτληκα, ind. 2. ἔτλην a τλῆμι.

Nutrio Τρέφω fut. 1. θρέψω, ind. 1. ἔθρεψα; perf. pass. τέθραμμαι, ind. 2. ἐτράφην.

Curro Τρέχω, fut. 1. θρέξω, ind. 1. ἔθρεξα, perf. δεδράμηκα, ind. 2. ἔδραμον; fut. 2. med. δραμοῦμαι a δρέμω vel δραμέω.

Comedo Τρώγω, ind. 2. ἔφαγον; fut. 2. med. φαγοῦμαι a φάγω.

Sum } Τυγχάνω, fut. 1. τυχήσω, ind. 1. ἐτύχησα,
Consequor } perf. τετύχηκα, ind. 2. ἔτυχον a τυχέω. Sed perf. act. τέτευχα, et fut. 1. med. τεύξομαι a τεύχω.

Υ.

Promitto Ὑπισχνέομαι, fut. 1 ὑποσχήσομαι, ind. 2. ὑπεσχόμην; perf. pass. ὑπέσχημαι, ind. 1. ὑπεσχέθην.

Dormito Ὑπνώττω, fut. 1. ὑπνώσω ab ὑπνόω.

Pluo } Ὕω, fut. 1. ὕσω, ind. 1. ὗσα; praes. pass. ὕομαι,
Rigo } ind. 1. ὕσθην, part. perf. ὑσμένος.

Φ.

Dico Φάσκω, imp. ἔφασκον, fut. 1. φήσω, ind. 1. ἔφησα a φημί.

Fero Φέρω, fut. 1. οἴσω ab οἴω, ind. 1. ἤνεγκα, ind. 2.

ἤνεγκον ab ἐνέγκω; perf. med. ἐνήνοχα A. pro ἤνοχα ab ἐνέχω.

Fugio Φεύγω, fut. 1. φεύξω, φεύξομαι, et φευξοῦμαι, ind. 2. ἔφυγον; perf. med. πέφευγα.

Praevenio Φθάνω, impert. ἔφθανον, fut. 1. φθάσω, ind. 1. ἔφθασα, perf. ἔφθακα a φθάω; ind. 2. ἔφθην a φθῆμι, part. φθάς

Corrumpo Φθείρω, fut. 1. φθερῶ; perf. med. ἔφθορα.

Tabesco Φθίνω, fut. 1. φθίσω, ind. 1. ἔφθισα, perf. ἔφθικα; perf. pass. ἔφθιμαι a φθίω.

Horreo Φρίσσω vel φρίττω, fut. 1. φρίξω, perf. πέφρικα pro πέφριχα

Gigno } Φύω, fut. 1. φύσω, ind. 1. ἔφυσα, perf. πέφυκα,
Nascor } ind. 2. ἔφυν, inf. φῦναι, part. φὺς a φῦμι; perf. med. πέφυα.

X.

Recedo Χάζω et χάζομαι, fut. 1. χάσω, ind. 2 ἔχαδον et κέχαδον; fut. 1. med. χάσομαι, perf. κέχανδα, ind. 2 ἐχαδόμην et κεκαδόμην.

Gaudeo Χαίρω, imper. χαῖρε *salve*, fut. 1. χαιρήσω; ind. 2. pass. ἐχάρην.

Dehisco Χάσκω, ind. 2. ἔχανον; fut. 1 med. χανοῦμαι, perf. κέχηνα a χαίνω.

Fundo Χέω, fut. 1. χεύσω, ind. 1. ἔχευσα, ἔχευα, et ἔχεα, inf. χέαι, perf. κέχυκα pro κέχευκα, ind. 2. ἔχεον, fut. 2. χεῶ; perf. pass. κέχυμαι, ind. 1. ἐχύθην; fut. 1. χυθήσομαι a χύω; ind. 1. med. ἐχεάμην.

Coloro Χρωννύω et χρώννυμι, fut. 1. χρώσω, ind. 1. ἔχρωσα; perf. pass. κέχρωμαι et κέχρωσμαι, ind. 1. ἐχρώθην.

Obstruo Χωννύω et χώννυμι, fut. 1. χώσω, ind. 1. ἔχωσα; perf. pass. κέχωσμαι, ind. 1. ἐχώσθην a χόω vel χώω.

Ω.

Pello Ὤθω et ὠθέω usitatius, fut. 1. ὤσω et ὠθήσω, ind. 1. ὦσα et ὤθησα; perf. pass. ὦσμαι et

ὤσθημαι, ind. 1. ὤσθην; fut. 1. med. ὤσομαι et ὠσθήσομαι, ind. 1. ὠσάμην et ὠσθησάμην. Temporibus auctis ε saepe praefigitur: ut, ἔωσα, ἔωσμαι.

Emo Ὠνέομαι, fut. 1. ὠνήσομαι; perf. pass. ὤνημαι et ἐώνημαι, ind. 1. ὠνήθην et ἐωνήθην.

Compositorum formatio e simplicibus petenda est.

VERBALIA.[1]

Verbalia nomina deducuntur ferè vel,

A prima persona perfecti passivi,

S. in	μα	ut	γράμμα *litera.*
	μη		γραμμὴ *linea.*
	μος		δεσμὸς *vinculum.*
A. in	μων		νοήμων *intelligens.*

A secunda persona perfecti passivi,

S. in	σια	ut	δοκιμασία *probatio.*
	σις		ποίησις *poesis.*
A. in	σιος		θαυμάσιος *admirabilis.*
	σιμος		χρήσιμος *utilis.*

A tertia persona perfecti passivi,

S. in	τηρ	ut	χαρακτὴρ *character.*
	τηριον		ποτήριον *poculum.*
	της		ποιητης *poëta.*
	τις		πίστις *fides.*
	τρα		ὀρχήστρα *pars theatri.*
	τρις		ὀρχηστρὶς *saltatrix.*
	τρον		δίδακτρον *minerval.*
	τυς		ὀρχηστὺς *ars saltandi.*
	τωρ		κοσμήτωρ *princeps.*
A. in	κος		κριτικὸς *judicialis.*
	τεος		γραπτέος *scribendus.*
	τος		ἀκουστὸς *qui audiri potest.*

1 Vid. supra pag. 26. not. 1.

A perfecto medio.

S. in ευ, η, ιον, ος } ut { τομεὺς *sector.* ἐπιστολὴ *epistola.* λόγιον *oraculum.* λόγος *sermo.*

Paucula quaedam descendunt ab ipso themate : ut, λευκὸς *candidus*, a λεύσσω *video.*

Et ab indefinito secundo : ut, φυγὴ *fuga*, ab ἔφυγον *fugi.*

ADVERBIUM.

Adverbium est aut primitivum, aut derivativum.

Primitivum : ut, νῦν *nunc*, τότε *tunc.*

Derivativum in στὶ : ut, Ἑλληνιστὶ *Graecè*, Ῥωμαϊστὶ *Romanè.*

δὸν : ut, κυνηδὸν *caninè.*

ει : ut, πανσυδεὶ *omnino, prorsus.*

ην : ut, κρύβδην *secretò.*

ως : a genitivo plurali adjectivorum : ut, ab ἀληθῶν, ἀληθῶς *verè* ; ab ὀξέων, ὀξέως *acutè.*

Variant etiam adverbia significatione.

Syllabicae adjectiones δε, ζε, σε, notae sunt ad locum : ut, οἴκαδε *domum*, Ἀθήναζε *Athenas*, οὐρανόσε *in caelum.*

θεν et θε de loco : ut, ἄνωθεν *desuper*, οὐρανόθε *de caelo.*

θι, οι, σι, χοῦ, χῆ, in loco : ut, οὐρανόθι *in caelo*, οἴκοι *domi*, Ἀθήνησι *Athenis*, πανταχοῦ et πανταχῆ *ubique.*

Particulae adverbiales ἀρι, ἐρι, δα, ζα, λα, λι, βου et ἐπὶ in compositione praefixae adaugent significationem : ut, ἀρίδηλος vel ἐρίδηλος *manifestus*, et reliqua.

Porro νε et νη in compositione privant[1], ευ facilitatem vel benignitatem, et δυς difficultatem vel malignitatem indicant : ut, νέφος *nubes*, νήπιος *infans* ; εὐάλωτος *captu facilis*, εὐμενὴς *benevolus* ; δυσάλωτος *difficilis captu*, δυσμενὴς *malevolus.*

1 Nonnunquam etiam, sed rarissimè, augent : ut, νήδυμος *valde dulcis*, νήχυτος *latè fluens.*

Particula *α* in compositis privat, conjungit, et auget: ut, *χάρις gratia*, *ἄχαρις ingratus*; *πάντες omnes*, *ἅπαντες omnes simul*; *ξύλον lignum*, *ἄξυλος lignis plenus*.

CONJUNCTIO.

Conjunctiones potestate sua sic denominantur:

Adversativae: *καίπερ, εἰ καὶ, κἂν εἰ, etsi*; *καίτοι, καίτοιγε, quanquam*.

Causales: *γὰρ, καὶ γὰρ, ἦ γὰρ, γάρτοι, γάρπου, γὰρ δήπου, nam, enim, etenim*; *οὐ γὰρ ἀλλὰ etenim*; *ὅτι, διὸ, διότι, καθότι, οὕνεκα, quia, quòd, quoniam*; *ἐπεὶ, ἐπείπερ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ, ἐπείγε, ἐπειὴ* poëticè, *quoniam, quandoquidem*; *ἵνα, ὡς, ὅπως, ὄφρα* poëticè, *ὄφρα, ut*.

Conditionales: *εἰ, ἐὰν, ἂν, ἢν, αἰ*; *εἴγε, εἴπερ, εἰδὴ, εἰδήπερ, siquidem*; *εἰ, μὴ, ὅτι μὴ, nisi*; *εἰ δὲ μὴ, sin minùs, alioqui*; *εἰ γοῦν si saltem*; *εἰ δ' ἄρα sin verò*.

Copulativae: *καὶ et, τὲ que, ἠδὲ* poëticè, *atque*; *καὶ μέντοι, καὶ μὴν καὶ, καίτοι καὶ atque, adeo*; *ἀλλὰ δὴ καὶ etiam*.

Connexivae: *ἔτι, προσέτι, πρόσγε, μενοῦνγε, praeterea, quinetiam*; *ἐπὶ τούτοις, πρὸς ταῦτα, ἐπὶ τάδε, ἅμα δὴ, porrò, quinimo*; *καὶ γὰρ αὖ, rursus etiam*.

Discretivae: *μὲν quidem, δὲ verò*; *γὲ δὴ, ἀτὰρ, ἀλλὰ, sed, verùm*; *μέντοι saltem*; *ἀλλὰ μέντοι, οὐ μὴν ἀλλὰ, veruntamen*; *δέγε, δέπου, δῆτα, porrò, autem*.

Disjunctivae: *ἢ, ἤτοι, ἤπου, aut, vel, sive*; *μηδὲ, μήτε, οὐδὲ, οὔτε, neque, nec*.

Illativae: *οὖν, ἄρα, ἄραγε, καὶ γὰρ, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν, τοίνυν, καὶ δὴ, quare, igitur, idcirco, ergo*; *οὐκοῦν igitur*; *οὔκουν non igitur*.

Redditivae adversativis: *ὅμως, δήπου, γε δήπου, ἔμπης, tamen*; *ἀλλὰ γὰρ, ἀλλὰ δὴ, ἀλλὰ μὴν, ἀλλ' οὖν, attamen, sed tamen, at verò*.

Potentiales: *ἂν, κὲ* vel *κὲν*.

Expletivae, quae interdum nihil per se significant, vim tamen et elegantiam orationi adferunt: *ἄρα, ἂν, ῥα, γε, θὴν, κε, κεν, νυ, νυν, περ, ποι, που, πω, τοι*.

PRAEPOSITIO.

Praepositiones sunt octodecim.

Monosyllabae sex:

εἰς, Atticè ἐς, *ad, in.*
ἐκ ante consonantem, } *ex.*
ἐξ ante vocalem, }
ἐν, poëticè ἐνὶ *in.*
πρὸ *ante.*
πρὸς *ad, a, coram.*
σὺν, Atticè ξὺν, *cum.*

Dissyllabae duodecim:

ἀμφὶ *de, circa.*
ἀνὰ *per.*
ἀντὶ *pro, contra.*
ἀπὸ *a, propter.*
διὰ *per, cum, propter.*
ἐπὶ *ad, ob, in, super.*
κατὰ *contra, de, secundum.*
μετὰ *cum, post.*
παρὰ *a, apud, contra.*
περὶ *de, circa.*
ὑπὲρ *super, pro, supra.*
ὑπὸ *sub, propter*[1].

III. DE SYNTAXI.

Syntaxis dividitur in concordantiam et regimen.

Concordantia nominativi et verbi.

I. **Verbum** personale finitum concordat cum nominativo numero et persona: ut, Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπε: *Saepe etiam stultus opportuna locutus est.*

Obs. 1. Neutra pluralia gaudent verbo singulari, aliquando etiam masculina et foeminina: ut, Τῷ ἀργυρίῳ ὑποτάσσεται πάντα: *Pecuniae obediunt omnia.* Ἐξεφύοντο αἱ τρίχες: *Crines nascebantur.* Aristot.

Obs. 2. Ἄμφω et δύω, quamvis dualia, saepe junguntur verbo plurali: ut, Ἄμφω ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον. *Ambo efflaverunt miseram animam* Eurip[2].

1 De variis praepositionum significationibus, pro diverso earum regimine et compositione, pluribus infra agetur, pag. 142.

2 Item substantivo plurali: ut, Ἐξ ἀμφοῖν ψευδῶν, *ex utrisque falsis.* Aristoph. Δύο ποιῶ καιρὼ τοῦ λέγειν: *Duo loquendi tempora constituo.* Isocr.

Concordantia substantivi et adjectivi[1].

I. ADJECTIVUM cum substantivo casu, genere, et numero consentit : ut, Χρηστὸς ἀνὴρ ἐστὶ κοινὸν ἀγαθόν : *Vir bonus est commune bonum.*

Obs. 1. Adjectiva saepe permutant suum substantivum in genitivum : ut, Φαῦλοι ἄνθρωποι, vel, φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ; *impii homines.*

Obs. 2. Saepe usurpantur substantiva pro adjectivis : ut, Μάγος, τέχνη, *ars magica.* Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον : *Graecam linguam didici.*

Concordantia antecedentis et relativi.

RELATIVUM cum antecedente concordat genere, numero, et persona : ut, Χάριν οἶδα τῆς τιμῆς, ᾗ με τιμᾶτε : *Gratias ago pro honore, quo me honoratis.* Hal.

Obs. Atticè relativum et antecedens eodem casu ponuntur : ut, Χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω : *Utor libris, quos habeo.*

Regimen nominum.

Substantiva.

I. CUM duo substantiva diversae significationis concurrunt, posterius in genitivo ponitur : ut, Ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ : *Filius Dei.*

Obs. 1. Ponitur genitivus saepe per eclipsin in nominibus propriis : ut, Νηλεὺς ὁ Κόδρου, vel, Νηλεὺς τοῦ Κόδρου, subaudi υἱός ; *Neleus Codri filius.* Εἰς ᾅδου, *ad inferos ;* subaudi οἶκον. Item per defectum vocis ἕνεκα : ut, Μακάριος τῆς πίστεως, *beatus propter fidem.*

Obs. 2. Genitivus per se positus est abominantis : ut, Τῆς ἀναιδείας ! *O impudentiam !*

Adjectiva.

I. ADJECTIVA neutralia non rarò fiunt adverbia : ut, Ὀξὺ *celeriter,* καλὰ *pulchrè,* τὰ πρῶτα *primùm,* τὰ ἀρχαῖα *olim,* μέτρια *mediocriter,* ἀλυπότατα *laetissimè.*

1 Sub *Adjectivo* continentur *articulus, pronomen,* et *participium.* De *Articulo* autem *praepositivo* vid. a, pag. 140.

II. Interdum etiam foeminina singularia: ut, Ἰδίᾳ *privatim*, δημοσίᾳ *publicè*.

Genitivus post adjectivum.

I. Adjectiva, quae desiderium, notitiam, ignorantiam, copiam, inopiam, dignitatem, differentiam, accusationem, damnationem, et absolutionem significant; atque alia quaedam, genitivum adsciscunt: ut, Δύσερως τῆς δόξης, *gloriae perditè cupidus*. Ἄπειρος τῶν πράξεων, *rerum imperitus*.

II. Nomina partitiva, infinita, interrogativa, et numeralia; item comparativa, et superlativa, genitivo gaudent: ut, Ἕκαστον τῶν ζώων, *unumquodque animalium*.

Obs. 1. Comparativa, cum exponuntur per *quàm*, genitivum exigunt: ut, Τῆς πολυπραγμοσύνης οὐδὲν κενώτερον ἄλλο: *Nihil vanius curiositate*.

Obs. 2. Nomina etiam, quae superlativorum naturam induunt, gaudent genitivo: ut, Ἔξοχος πάντων, *praecipuus omnium*: Δῖα θεάων, *Diva dearum*.

Dativus post adjectivum.

I. Adjectiva, quibus commodum, incommodum, similitudo, dissimilitudo, contrarietas significatur; cum aliis quibusdam, dativum postulant: ut, Φίλος σοὶ, *amicus tibi*; ἐναντίος τῷ νόμῳ, *adversus legem*.

II. Huc referuntur adjectiva ex σὺν et ὁμοῦ composita: ut, Σύντροφος, *unà utritus*; ὁμόγλωσσος *eadem lingua utens*.

Obs. Quaedam, quae similitudinem significant, etiam genitivo gaudent: ut, Ὅμοιος ἀνθρώπου: *Similis homini*.

Accusativus post adjectivum.

I. Adjectiva, subaudito κατὰ, accusativum regunt: ut, Πατρίδα Ῥωμαῖος, *Romanus patria*. Οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός: *Nemo hominum in omnibus sapiens est*.

Constructio pronominum.

I. Genitivus pronominis primitivi ponitur, cum persona significatur, ut, Εἰκὼν σοῦ, *imago tui*. Herod.

II. Cum possessio vel relatio significatur locum habet pronomen possessivum: ut, Πατὴρ ἐμὸς, *pater meus*.

Obs. 1 Genitivus autem primitivi loco possessivi ponitur: ut, Πατὴρ μοῦ, pro πατὴρ ἐμός.

Obs. 2. Pronomina interdum construuntur loco adverbiorum: ut, Ταῦτα τοι, ταῦτ' ἄρα, *proinde*; ταύτῃ, *sic*; ταύτῃ τοι, *itaque*.

Regimen verborum.

Nominativus post verbum.

I. Verba substantiva τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω, γίγνομαι; et illa poëtica πέλω, πέλομαι, τελέθω, κύρω, *sum*; utrinque nominativum expetunt: ut, Κακῶν ἐπικαλύμματά ἐστι οἱ πλοῦτοι: *Malorum opercula sunt divitiae*.

Obs. 1. Verbo τυγχάνω eleganter postponitur participium ὢν, cum alio nominativo: ut, Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφός: *Socrates est sapiens*.

Obs. 2. Sin participium sequatur, omittitur ὢν: ut, Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν. *Socrates ambulat*.

II. Verba vocandi passiva, et quae gestum vel statum rei significant, utrinque nominativum adsciscunt: ut, Δημοσθένης προσηγορεῖται ῥήτωρ: *Demosthenes dicitur orator*.

Obs. Mutatur nominativus post verbum in genitivum: ut, Κροῖσος ἐστὶ τῶν πλουσίων, i. e. πλούσιος: *Croesus est dives*.

Genitivus post verbum.

I. Verba incipiendi, desinendi, appetendi, abstinendi, aberrandi, amandi, admirandi, consequendi, contemnendi, differendi, excellendi, imperandi, parcendi, participandi, recordandi, fruendi, egendi, emendi, ven-

dendi, genitivo gaudent: ut, Τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμεθα: *A dolore vitam auspicamur.*

Obs. Verba implendi, separandi, privandi, aestimandi, accusandi, damnandi, absolvendi, exigunt accusativum cum genitivo: ut, Καρπῶν πλήθουσιν ἀλωάς: *Frugibus implent areas.* Phocyl.

II. Verba sensus gaudent genitivo, praeter illa, quae ad visum pertinent: ut, Ἤκουσε τῆς βοῆς: *Audivit clamorem.* Plut.

Obs. Atticè verò omnia verba sensus accusativum regunt.

III. Quibuslibet verbis additur genitivus substantivi cum participio absolutè sumptus: ut, Θεοῦ διδόντος, μηδὲν ἰσχύει φθόνος: *Deo favente, nihil valet invidia.* Nazian.

Dativus post verbum.

I. Omnia verba acquisitivè posita regunt dativum ejus rei, cui acquiritur aliquid, vel tribuitur: ut, Φιλίππῳ ζῇ, οὐ τῇ πατρίδι: *Philippo vivit, non patriae.* Demosth.

II. Verba sequendi, certandi, precandi, utendi, gaudendi, juvandi, dandi, reprehendendi, exprobrandi, conveniendi, colloquendi, dativum exigunt: ut, Ἕπομαι τοῖς παλαιοῖς: *Veteres sequor.*

III. Quodvis etiam verbum admittit dativum, significantem causam, instrumentum, aut modum actionis: ut, Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις: *Argenteis pugna telis, ac omnia vinces.*

Accusativus post verbum.

I. Verba transitiva, et eorum significationem habentia, exigunt accusativum: ut, Νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταὐτό ἐστι: *Mortuum curare, et senem erudire, idem est.*

II. Verba rogandi, docendi, celandi, vestiendi, testandi, et alia quaedam, duplicem regunt accusativum:

ut, Χρὴ αἰτεῖν τοὺς θεοὺς ἀγαθά: *Oportet bona petere a diis.* Aesch.

Obs. Haec variam habent constructionem: Ἐπιλείπει μοι, vel με, τόδε: *Hoc mihi deest.* Ἄρχει τῆς πόλεως, vel τῇ πόλει: *Praeest civitati.* Λοιδορῶ σοι, vel σε: *Convicior tibi.* Προσκυνῶ τῷ Θεῷ, vel τὸν Θεόν: *Adoro Deum.* Cum multis aliis hujusmodi.

Verba passiva.

I. Passiva exigunt genitivum agentis cum praepositione ὑπὸ, ἀπὸ, παρὰ, et πρὸς: ut, Ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθείρεται: *Mens a vino corrumpitur.* Isocr.

Obs. 1. Praepositio autem interdum reticetur: ut, Φίλων κηλοῦνται φίλοι, pro ἀπὸ φίλων: *Amici ab amicis flectuntur.* Soph.

Obs. 2. Genitivus etiam nonnunquam in dativum vertitur: ut, Πεποίηται μοὶ: *Factum est a me.*

II. Passiva per synecdochen accusativo junguntur: ut, Πλήττομαι τὴν κεφαλήν: *Percutior caput.*

III. Passiva regunt accusativum activorum suorum: ut, Μωρῷ οὐ πιστεύεται τὴν ἀρχήν; quia dicimus, Μωρῷ οὐ πιστεύομεν τὴν ἀρχήν: *Stulto imperium non committimus.*

Obs. Plurima activae passivè saepe significant, et passivam habent constructionem: ut, Ἀπαλλάττω ὑπό σου: *Liberor a te.* Sic, Τελῶ *censeor*, ἀναλαμβάνω *recreor*, ἀναστρέφω *reflector*, ῥίπτω *jactor*, συνάπτω *conjungor*, ἀσκῶ *exerceor*, κρύπτω *occultor.*

Verba infinita.

I. Pro gerundiis et supinis usurpant Graeci infinitivum cum articulo, vel sine articulo: ut, Καιρὸς τοῦ βοηθεῖν, *opportunitas auxiliandi*; ἐν τῷ σπουδάζειν, *in studendo*; πρὸς τὸ παρακαλεῖν, *ad orandum.* Λέγειν ἀγαθὸς, *dicendi peritus*; ποιεῖν αἰσχρὸν, *factu inhonestum.*

II. Cum significatur necessitas, utuntur Graeci adjectivis positionis, quae regunt plerumque dativum vel accusativum: ut, Ἰτέον μοι: *Eundum est mihi.*

Obs. Saepè tamen casus verborum suorum regunt: ut, Μνημονευτέον Θεοῦ: *De Deo cogitandum.*

De tempore.

I. NOMINA, quae partem temporis significant, adjiciuntur verbis frequentiùs in genitivo: ut, Ἦλθε νυκτὸς: *Venit nocte.*

II. CONTINUATIO autem temporis in dativo vel accusativo ponitur: ut, Ἐβασίλευσε ὀκτωκαίδεκα ἔτεσι: *Regnavit octodecim annos.* Herodian. Εὕδω ὅλην νύκτα: *Dormio totam noctem.* Plat.

De loco.

I. SPATIUM loci adjicitur verbis in accusativo: ut, Ἀπέχει τριῶν ἡμερῶν ὁδόν: *Distat iter trium dierum.* Xenoph.

Obs. GRAECI saepissimè in locis designandis utuntur proprio nomine loci cum praepositione: ut, Ἐξ Ἀθηνῶν, *ex Athenis*; εἰς Βρεταννίαν, *ad Britanniam.*

DE *Adverbiis ad locum, de loco,* et *in loco* significantibus, vide supra, pag. 131.

Verba impersonalia.

VERBA impersonalia diversos casus exigunt.

I. Genitivum, ἐστὶ *officium est*: ut, Οὐχ ὑμῶν ἐστι: *Non vestrum est.*

II. Dativum, ἔστι, ἔνεστι, ἔξεστι, χωρεῖ, ἐγχωρεῖ. ὑπάρχει, *licet*, cum aliis quibusdam: ut, Ἔνεστί σοι πρίασθαι: *Licet tibi emere.* Lucian.

III. Dativum personae cum genitivo rei. δεῖ. δεῖται, ἐνδεῖ, προσδεῖ, ἐλλείπει, χρὴ, *opus est*, et alia quaedam: ut, Χρή σοι φίλων: *Opus est tibi amicis.* Eurip.

Regimen participiorum.

I. PARTICIPIA regunt casus suorum verborum: ut, Ὀλιγωρῶν τῆς παιδείας, *contemnens disciplinam.*

Obs. 1. Participia ponuntur loco nominum: ut, Τόξων εὖ εἰδὼς, pro εἰδήμων, *arcuum peritus.*

Obs 2. Nonnunquam participia loco verbi infiniti ponuntur, plerumque verò in verbis perseverandi et desistendi: ut, Ἀγαπῶν με διατέλει: *Persevera me amare.* Οὐ παύσομαι γράφων: *Non cessabo scribere.* Μέμνημαι ἰδών: *Memini vidisse.*

De articulo praepositivo.

I. Articulus praepositivus usurpatur in

Exponendo: ut, ὁ Κύριος Ἰησοῦς, *Dominus ille Jesus.*

Demonstrando: ut, Ὁ ποιητὴς, *summus poëta*, pro *Homero.*

Distinguendo: ut, Κύων ὁ οὐρανοῦ, οὐχ ὁ γῆς: *Canis ille caelestis, non terrestris*, scil. *Diogenes.*

II. Articulus, si praeponitur infinitivo, pro nomine sumitur in omni casu; ut, Τὸ φρονεῖν *sapientia*, τοῦ φρονεῖν *sapentiae*, ἐν τῷ φρονεῖν *in sapientia.*

III. Item adverbium cum articulo fit adjectivum: ut, Τὰ ἔξω *externa.* οἱ πέλας *vicini*, τῷ πλησίον *vicino.*

IV. Articulus pluralis cum ἀμφὶ, μετὰ, περὶ, κατὰ, πρὸς, et aliis, sequente nomine proprio, idem significat, quòd nomen ipsum, vel comitatum: ut, Οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα, *Plato* vel *Platonici*; οἱ μετ᾽ Ἀχιλλέως, *socii Achillis.*

V. Sequente verò appellativo, officium denotat, vel relationem: ut, Οἱ περὶ ἱερὰ, *sacerdotes*; οἱ κατ᾽ ἀγορὰν, *causidici*; οἱ πρὸς αἵματος, *consanguinei.*

VI. Articulus neutrius generis cum genitivo substantivi significat possessionem: ut, Τὰ μητρὸς, *facultates matris*; τὰ Πλάτωνος, *opera Platonis*; τὸ τοῦ Θεόγνιδος, *carmen Theognidis.*

VII. Articulus cum conjunctionibus μὲν et δὲ habet locum in divisionibus: ut, Οἱ μὲν καλοὶ, οἱ δὲ κακοὶ; *hi boni, illi mali.*

Obs. Item adverbialiter sumptus: ut, Τῇ μὲν, τῇ δε; *partim quidem, partim verò.*

VIII. Articulus neutrius generis praeponitur quibuscunque vocibus τεχνικῶς, id est, pro seipsis acceptis: ut, Τὸ ἄνθρωπος, *haec vox* ἄνθρωπος; τὸ γυνὴ *haec vox* γυνή.

Obs. Ponitur articulus praepositivus pro subjunctivo: ut, Τὸ ῥᾷστον ἁπάντων: *Quod factu facillimum.*

Regimen adverbiorum.

I. Adverbia loci, temporis, ordinis, causae, comparationis, indignationis, copulandi, separandi, numerandi, genitivum post se recipiunt: ut, Ἄλλοθι πάτρης ὤλετο: *Seorsum a patria periit.* Hom.

II. Ἅμα, ὁμοῦ, et alia quaedam, dativum postulant: ut, Ἅμα τοῖς ἄλλοις, *simul cum aliis.*

III Μὰ et νὴ jurandi accusativo gaudent: ut, Μὰ Δία, *non per Jovem*; νὴ Δία, *ita per Jovem.*

IV. Ὢ acutitonum gaudet nominativo, genitivo, accusativo, et vocativo; et est admirantis, dolentis, vel exclamantis.

V Ὦ circumflexum est vocantis, et cum vocativo construitur.

Obs. Aliquando solus genitivus ponitur, omisso adverbio: ut, Τῆς τύχης, pro Ὢ τῆς τύχης! *O fortunam!*

VI. Optandi particulae, εἴθε, εἰθε, et ὡς, praeponuntur imperfecto ὤφειλον sive ὄφειλον, et indefinito secundo ὤφελον sive ὄφελον, sequente infinitivo: ut, Ἤλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι: *Venisti ex pugna, utinam ibi periisses.*

VII. Ἕως, pro *quamdiu*, omnibus modis jungitur, praeterquam imperativo.

VIII. Ὅταν et ὁπόταν, *quando*, subjunctivo, interdum optativo, rariùs indicativo junguntur.

Obs. 1. Duo negativa plerumque vehementiùs negant; ut, Οὐ μὴ πίω: *Nequaquam bibam.* Luc. xxii. 18.

Obs. 2. Οὕτω ante consonantes, οὕτως et οὕτωσιν ante vocales, locum habent.

Regimen conjunctionum.

I. Conjunctiones copulativae et disjunctivae similes casus, modos, et tempora, ni sensus aliud postulat, connectunt

II. Ἂν, ἐὰν *si*, ἐπειδὰν *quoniam*, ἵνα *ut*, κἂν *etsi*, ὄφρα, ὅπως *ut*, cum similibus, subjunctivo gaudent : ut, Ἂν Θεὸς θέλῃ : *Si Deus velit.* Demosth.

Ἂν vim habens potentialem, omnibus modis jungitur, praeter imperativum : ut, Εἴπερ ἂν ἑώρων, *si viderem.*

Ἂν indefinitè sumpta iisdem modis inservit : ut, Τοὺς ἂν ἐγὼν ἐπιόψομαι : *Hos ego legam.* Hom.

III. Εἰ, εἴγε, εἴπερ *si.* εἴποτε *siquando*, εἴπως *si quo modo*, indicativo, interdum optativo, rariùs subjunctivo junguntur : ut, Εἰ ἔξεστι, *si licet.*

IV. Ἐπεὶ *quum*, *quoniam*, indicativo gaudet ; interdum et infinitivo : ut, Ἐπεὶ ἑώρα, *quum videret.* Xen.

V. Ὅτι, διότι *quod*, καθότι *quatenus*, indicativo, optativo et subjunctivo rariùs : ut, Εἶπεν, ὅτι βούλεται : *Dixit, quòd velit.* Xen.

VI. Ὡς *quòd*, indicativo, interdum optativo et subjunctivo, infinitivo rariùs : ut, Λέγουσιν, ὡς δίκαιον ᾖ : *Dicunt, quòd justum sit.* Eurip.

Ὡς *ut*, iisdem modis, sed indicativo rariùs : ut, Ὡς συνήσουσιν οἱ ἀκούοντες, *ut intelligant auditores.* Lucian.

VII. Ὥστε *ut*, *adeò ut*, omnibus modis jungitur : ut, Ὥστε πρὸς Πέρσην ἀπεστάλκατε, *ut ad Persam misistis.* Demosth.

Regimen praepositionum.

Monosyllabae.

1. Εἰς, Atticè ἐς, *ad* et *in*, jungitur accusativo : ut, Ἦλθεν εἰς δέσποιναν : *Venit ad heram.* Εἰς ὕδωρ γράφω : *In aquam scribo.*

Composita utrumque etiam denotat: ut, εἰσπλέω *adnavigo*, εἰσάλλομαι *insilio*

2. 'ΕΚ, vel ἐξ, *ex* genitivo gaudet: ut, 'Εξ ἀπραξίας πράγματα: *Ex otio negotia.*

Composita auget: ut, ἐκπίνω *ebibo*. Idem quoque significat, quod ἔξω *extra*: ut, ἐκβάλλω *ejicio*.

3. 'ΕΝ *in* soli dativo jungitur: ut, 'Εν οἴκῳ, *in domo.* Sed per eclipsin genitivo: ut, 'Εν ἅδου, subaudi, οἴκῳ; *in domo Plutonis.*

Composita *in* significat; ut, ἐμβάλλω *injicio.*

4. ΠΡΟ' *ante* soli genitivo jungitur: ut, Πρὸ θυρῶν *prae foribus*

Composita *prae* significat: ut, προβάλλω *praepono.*

5. ΠΡΟ'Σ cum genitivo *a* significat: ut, Πρὸς Θεοῦ *a Deo*: item *officium*; ut, 'Ου πρὸς φιλοσόφου, *non est philosophi*: et *coram*; ut, Πρὸς ἐπισκόπου, *coram episcopo*. Jurandi quoque nota est: ut, Πρὸς Χαρίτων, *per Gratias.*

Cum accusativo *ad* denotat; ut, Πρὸς γυμνάσιον, *ad scholam*: item *contra*; ut, Πρὸς 'Ρωμαίους *contra Romanos.*

Composita valet *ad*; ut, προσκαλῶ *advoco.*

6. ΣΥ'Ν, Atticè ξὺν, *cum* semper dativo jungitur: ut, Σὺν Θεῷ, *cum Deo.*

Composita conjungit; ut, συμβάλλω *conjicio.*

Dissyllabae.

1. 'ΑΜΦΙ' cum genitivo significat *de*: ut, 'Αμφὶ ἀστέρων, *de astris*

Cum dativo poëticè *pro*: ut, 'Αμφὶ 'Οδυσσῆϊ, *pro Ulysse.*

Cum accusativo *circa*: ut, 'Αμφὶ τὸ λυκαυγὲς, *circa diluculum.*

Composita *circum* denotat: ut, ἀμφιβάλλω *circumjicio.*

2. 'ΑΝΑ' *per* cum solo accus. legitur; ut, 'Ανὰ στρατιὰν *per exercitum*: sed poëticè cum dat. *in* vel *cum* denotat.

Composita *re* significat: ut, ἀνατρέχω *recurro.*

3. 'ANTI' cum genitivo significat *pro* : ut, 'Αντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακὰ, *mala pro bonis reddere* : item *contra*; ut, 'Ανὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἴτω : *Vir contra virum eat*. Hom.

Composita valet *contra* : ut, ἀντιστρέφω *inverto*.

4. 'ΑΠΟ' cum genitivo *a* vel *ab* significat : ut, 'Απὸ τῆς κεφαλῆς, *a capite* ; ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio* : item *propter*; ut, 'Απὸ τοῦ ὄχλου, *propter turbam*. Luc. xix. 3.

Composita *auget* ; ut, ἀποτείνω *extendo* : denotat etiam *contrarium* ; ut, εὔχομαι *precor*, ἀπεύχομαι *imprecor* : item *exemplum* ; ut, ἀπογράφω *describo*.

5. ΔΙΑ' cum genitivo *per* significat : ut, Διὰ βίου, *per vitam* : et *cum* ; ut, Διὰ μαχαιρῶν, *cum gladiis* : item *potentiam* ; ut, Δι' ἑαυτῶν, *suis viribus*.

Accusativo juncta valet *propter* : ut, Διὰ φόβον, *propter timorem*.

Composita *di* vel *dis* significat : ut, διαιρεῖν *dividere*.

6. 'ΕΠΙ' cum genitivo *in* denotat : ut Βοῦς ἐπὶ γλώττης, *bos in lingua*: etiam *super*; ut, 'Εφ' ἵππου, *super equo*.

Cum dativo valet *ob*, *propter* : ut, 'Επὶ τῷ κέρδει, *ob lucrum* : item *in* ; ut, 'Επὶ τῷ βασιλεῖ, *in regis potestate* : et *super* ; ut, 'Επὶ τῷ θεμελίῳ, *super fundamentum* : etiam *post* ; ut, 'Επὶ τούτοις, *post haec*.

Cum accusativo *ad* significat : ut, 'Επὶ τοὺς διδασκάλους, *ad praeceptores* : item *propter* ; ut, 'Επὶ τοῦτο, *propter hoc* : et *contra* ; ut, 'Επ' ἐμὲ, *adversus me*

Composita *in* vel *super* denotat ; ut, ἐπιγράφω *inscribo* : item *serò* ; ut, ἐπιμηθεύομαι, *post factum consulo*.

7. ΚΑΤΑ' cum genitivo significat *contra* ; ut, Κατὰ Χριστιανῶν, *contra Christianos* : etiam *de* ; ut, Κατὰ σπουδαίων, *de studiosis* ; in jurando *per* ; ut, Κατὰ θεῶν, *per deos* : item *prae* ; ut, Κατὰ χειρῶν, *prae manibus* : et *de loco* ; ut, Κατὰ πετρῶν, *de petris*.

Accusativo juncta *secundum* denotat : ut, Κατὰ τύπον, *ad exemplar* : item *pro* ; ut, Κατὰ δύναμιν, *pro viribus*.

Composita valet *deorsum* : ut, καταβαίνω *descendo*.

8. ΜΕΤΑ' cum genitivo significat *cum* : ut, Μετὰ φίλων, *cum amicis*.

Cum dativo poëticè *inter* : ut, Μετὰ πρώτοισιν, *inter primos*.

Accusativo juncta *post* : ut, Μετὰ τὸν πόλεμον συμμαχία, *post bellum auxilium*.

Composita *mutationem* denotat : ut, μεταφέρω *transfero*.

9. ΠΑΡΑ' cum genitivo *à* significat : ut, Παρὰ Κυρίου, *à Domino* : item *excellentiam* ; ut, Παρὰ πάντων τυγχάνει : *Omnes excellit* : etiam *contrarium* : ut, Παρὰ λόγου, *contra rationem*.

Dativo juncta valet *apud* ; ut, Παρὰ τῷ Κυρίῳ ἔλεος : *Apud Dominum est misericordia* : etiam *prope*. *juxta* ; ut, Παρὰ κακῷ ἐσθλὸν ἔθηκε : *Juxta malum bonum apposuit*.

Cum accusativo denotat *ad* : ut, Παρά σε, *ad te* : item *in* ; ut, Παρὰ τὰ μαθηματικὰ, *in studiis mathematicis* : et *praeter* ; ut, Παρὰ πρέπον, *praeter decorum*.

Composita augmentum aut diminutionem significat : ut, παράσημος ῥήτωρ, *illustris* aut *ignobilis orator* : etiam *comparationem* ; ut, παραβάλλω *confero* : item *contrarium* ; ut, παράνομος *iniquus* : et *prope* ; ut, παρακολουθῶ *proximè sequor*.

10. ΠΕΡΙ' cum genitivo valet *de* : ut, Περὶ ψυχῆς, *de anima* : et *prae* ; ut, Περὶ πάντων, *prae omnibus*.

Cum dativo *ex* significat ; ut, Ὃν περὶ κῆρί φιλῶ, *quem ex animo amo*. Hom.

Accusativo valet *circa* : ut, Περὶ μεσημβρίαν, *circa meridiem* : et *in* ; ut, Περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία : *Fortitudo in terribilibus versatur*.

Composita *circum* denotat : ut, περιπατέω *obambulo* : item *excellentiam* ; ut, περικαλλὴς *admodum venustus*, περιγίνομαι *praesto*.

11. ὙΠΕ'Ρ cum genitivo significat *pro* : ut, Ὑπὲρ ἡμῶν, *pro nobis* : item *de* ; ut, Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, *de umbrâ*

asini ; et *supra ;* ut, Ὑπὲρ κήπων ὄρος κεῖται : *Supra hortos mons est.*

Cum accusativo valet *supra :* ut, Ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ : *Supra hominem sapit :* item *praeter ;* ut, Ὑπὲρ μοῖραν *praeter fatum.*

Composita *defensionem* indicat : ut, ὑπερασπίζω *defendo :* etiam *augmentum ;* ut, ὑπερμαίνομαι *nimis insanio.*

12. ὙΠΟ' cum genitivo significat *sub :* ut, Ὑπὸ κόλπου, *sub sinu :* et *propter ;* ut, ὑπὸ αἰδοῦς, *propter pudorem.*

Cum dativo etiam *sub :* ut, Ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος : *Sub pelle leonina simia.*

Cum accusativo *subter :* ut, Ὑπὸ γῆν, *subter terram.*

Composita *sub* denotat ; ut, ὑπογράφω *subscribo :* item *diminutionem ;* ut, ὑποδείδω *subvereor :* etiam *improbitatem materiae ;* ut, ὑπόχρυσος *aurum adulterinum.*

Obs. 1. Praepositiones aliquando suis casibus postponuntur, tonusque retrahitur : ut, Εἰρήνης πέρι, *de pace.*

Obs 2. Praepositiones, translato accentu, vicem sustinent verborum : ut, ἔνι pro ἔνεστι, *licet ;* ἔπι pro ἔπεστι, *inest, adest ;* πέρι pro πεείεστι, *superest :* sic ἄνα *surge,* pro ἀνάστηθι.

Obs. 3. Praepositiones inter se compositae migrant in adverbia : ut, παρὲξ *extra,* etc.

Obs. 4 Poëtae saepe praepositiones per tmesin dissolvunt : ut, Κατὰ γαῖα κάλυψε, pro κατεκάλυψε : *Terra obtexit*[1]. Hom.

Figurata constructio.

FIGURAE constructionis Graecis cum Latinis sunt communes, ideoque ex Latina grammatica peti possunt.

Usitatissima autem est Enallage, qua partes orationis earumque attributa inter se permutantur[2].

1. *Tmesis* est vocis compositae dissectio : ut, *Unus enim quisque.*

2. De *Enallage* verò operae pretium erit videre, quae scripsit *Clarkius* ad *Il. a.* p. 566, et alibi.

De accentibus.

Regulae generales.

I. Si ultima syllaba sit brevis, acutus erit in antepenultima: ut, ἄνθρωπος.

II. Si ultima sit longa, acutus erit in penultima: ut, ἀνθρώπου.

Obs. 1. Voces tamen non paucae sunt, quae acutum habent in penultima, cum ultima sit brevis. Cujusmodi sunt,

Participia praeteriti passivi; ut, τετυμμένος: item neutra activa, quae retinent eum a masculinis: ut, τιμάων, τιμάον.

Substantiva quaedam in ος et diminutiva in ιλος, ιον, et ισκος: ut, παρθένος *virgo*, ναυτίλος *nauta*, παιδίον *puerulus*, νεανίσκος *adolescentulus*.

Adjectiva quaedam in ος, et verbalia in εος: ut, ὀλίγος *parvus*; γραπτέος *scribendus*.

Obs. 2. Nomina ex substantivo et perfecto medio verbi composita, si activè capiuntur, acutum habent in penultima, ut, μητροκτόνος *matricida*: sin passivè, in antepenultima; ut, μητρόκτονος *a matre occisus*.

III. Syllaba natura longa ante finalem brevem vel positione longam, si tonum habeat, circumflectitur: ut, σῶμα, εἶμι; αὖλαξ *sulcus*.

Obs. In vocibus autem, quarum ultima positione longa est, penultima natura longa interdum acuitur: ut, λαίλαψ *turbo*.

IV. Monosyllaba non contracta acuuntur: ut, ὅς, χθὼν *terra*.

Obs. Verba autem monosyllaba producta circumflexum postulant: ut, ἦν, θῶ, εἶς.

Etiam nomina quaedam: ut, πᾶς, ναῦς, εἷς, ποῦς, πῦρ, et alia.

Item adverbia : ut, αὖ, νῦν, μᾶν, ὦ : similiter etiam conjunctio οὖν.

V. In contractione, ex acuto et gravi fit circumflexus : ut, ποιέεις, ποιεῖς. Ex gravi autem et acuto fit acutus : ut, ποιεέτω ποιείτω, ἑστάὼς ἑστώς.

VI. Dipthongi αι et οι in fine dictionis ratione accentuum pro brevibus habentur : ut, τύπτομαι, ἄνθρωποι.

